UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Hebræi in luctu incesserunt nudis pedibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Visual Library

II. Calceos etiam videmus Hebræos neglexiſſe, & nudis pedibus iviſſe, cum aut Rempublicam gravior quædam calamitas opprimeret, aut ereptos ſibi charos lugerent. Illuſtre eſt Davidis exemplum, qui in magno mærore fugiens arma filii Abſalomi, *aſcendit per montem olivarum, flens, capite operto, & יחף diſcalceatus.* Sci-

2. Sam. 15. 30.

licet Hieroſolyma pulſus à rebelli filio, cum ſignis variis dolorem animi ex priſco more indicaret, etiam יחף *diſcalceatus* fuit, licet per viam arduam & aſperã ſe reciperet in deſertum. Huic puto omnino ge-

Flor. lib. 1. cap. 13.

minum, quod apud Florum ob imminens à Gallis periculum *Virgines ſimul ex ſacerdotio Veſtæ, nudo pede fugientia ſacra comitantur.* Equi-

Caſaub. ad Suet. Aug. cap. 101. Bald. de Calc. Ant. cap. 23. Braun. de Veſt. Sac. pag. 64. Choul. de la relig. des Anciens Rom. pag. 217.

dem ſcio viros longe eruditiſsimos Iſaacum Caſaubonum, Benedictum Balduinum, Iohannem Braunium & complures alios ad religionem referre nudos Veſtalium pedes, & ex hoc loco colligere Virgines Veſtales, nudis pedibus ſacrificaſſe. Hoc utique certum haberemus, ſi aliunde conſtaret nudis pedibus Veſtales Virgines

ſacra